



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Meditationum S.P. Ignatii Loyolae

Diertins, Joseph

Solisbaci, 1708

Med. 79. Ejusdem Myst. punct. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60232)

sa. 49 *Hac dicit Dominus : in tempore placito ex-
audiui te; & in die salutis auxiliatus sum tui.*

COLLOQ. De tribus modis humilitatis.

RECOLLECTIO.

MEDITATIO LXXIX.

De Lazari suscitatione. Joan. 11.

Myft. punct. 2.

CONG. De more.

PRÆL. I. Quomodo antè suscitationem Chri-
stus fidem utriusque sororis exploraverit.

PRÆL. II. Mentè adire domum istarum sororum
in Bethania.

PRÆL. III. Petere gratiam veræ fidei.

PUNCTUM I. PERSONÆ. MEM. Aspiciamus Je-
sum in Bethaniâ, & Martham ei occurrentem,
deinde Mariam.

INTEL. *Multi autem ex Judæis, venerunt ad
Martham & Mariam, ut consolarentur eas de
fratre suo.* Hos omnes deserebant Martha & Ma-
ria, ut Christi colloquio & consolatione frueren-
tur. REFL. Nos quoque derelicto humano solatio,
ad pedes Christi cum Mariâ procidamus, *cecidit
ad pedes ejus.* Joann. 11. *Quia vana salus hominis.*

Ps. 59.
VOL. Prostrati ad pedes Jesu, dicamus *Deus to-
tus consolationis, qui consolatur nos in omni tribu-
latione nostrâ.* 2. Cor. 1.

PUN-

PUNCTUM II. VERBA. MEM. Marthæ dixit Iesus: *ego sum resurrectio, & vita. qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet, & omnis qui vivit, & credit in me: non morietur aeternum.* Joan. 11.

INTEL. Christus est resurrectio, & vita, quia est ipse causa meritoria, efficiens, exemplaris, & finalis. Qui credit, etsi anima mortua fuerit pro peccato, vivet, & corpus postea ratione animæ viventis in gratiâ resurget, & vivet in æternum.

REFL. Quis sanæ mentis, non cupidissimè talem Ducem, Regem sequemur?

VOL. Pleni fide dicamus: *En O Rex supreme, &c.* ut in *Contempl. Regni Christi.*

PUNCTUM III. OPERA. MEM. De verbis prioris puncto prolatis Christus interrogavit Martham: *credis hoc?* Joan. 11.

INTEL. Noluit Christus patrare miraculum nisi ante perfectâ fide instruxisset Martham. REFL. Sic Deus nobiscum agit, exigit plenam fidem, antequam sua beneficia conferat: ut dici possit, *fides tua te salvam fecit.* Matth. 9.

VOL. Respondeamus cum Marthâ: *utique Domine ego credidi, quia tu es Christus, filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti.* Joan. 11.

COLLOQ. De 2. vexillis, petendo ut vivâ cum fide Christo militare possimus.

RECOLLECTIO. REPETITIO. APPLICATIO SENSUUM.

MEDI